Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35467
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

monasterium / et reversus
est ad patrem sine mandato.

Quod obedienti obediunt omnia. C. lxxxv.

Quidam de senioribus
misit discipulum su-
um ad hauriendam aquam /
et erat puteus remotus
a cella. Discipulus vero obli-
tus funem venit ad pu-
teum. et p longitudine vie
noluit redire pro fune / ne
forte contristaret seniorem /
prostravit se in oratione.
et surgens de oratione cla-
mavit. O putee putee
misit me servus ihesu christi
abbas meus. ut hauriam
aquam. Et statim ascendit
aqua ad os putei. et fr
implevit lagenam / glori-
ficans potentiam salvato-
ris. aqua autem putei re-
versa est ad locum suum. Obe-
dienti quoque obediunt omnia /
et creator et creatura.

Quod pugnandum sit contra pestem luxurie. C. lxxxvi.

Frater quidam in vitam
patrum patiebatur molestiam
a spiritu fornicationis / et sepe
abijt ad quendam seniorem.
ut pro se oraret. Cumque
frequens oratio senioris
eum non iuvaret. dominus seni-
ori ostendit negligenciam
fratris esse in causa / quare non
exaudiretur. Vidit enim
senior sedentem monachum
et spiritum fornicationis in di-
versis formis mulierum
ludentem aput ipsum. et ipsum
cum eis delectari. Vidit et
angelum domini astantem et gra-
viter indignantem contra
eundem fratrem / quia non surge-
bat nec prosternebat se in
orationibus ante dominum / sed ma-
gis delectabatur in cogita-
cionibus suis. Cognovit
quod senior culpam fratris esse.
quod non exaudiebatur pro eo / et
dixit ei. Impossibile est
a te discedere fornicationis
spiritum. alijs pro te orantibus.
nisi tu ipse laborem assumas.
in ieiunijs / orationibus / vigi-
lijs / rogans dominum cum gemi-
tu / audiens frater verba se-
nioris compunctus est corde /
et per afflictionem corporis
meruit misericordiam dei.

Quod magnanimitas vincit pr